

LXXXII

VOTA SCHOLASTICA,

NUPTIIS

DOCTISSIMI, ORNATISSIMI, HUMANA-  
nissimi Viri,

DN. CHRISTOPHORI MUL-  
LERI, Cantoris Servestani dignissimi,  
SPONSI, &

*Pietate, virtute morumq; puellarium elegantia conspicua ac  
lectissima Virginis,*

MAGDALENÆ,

VIRI SPECTATISSIMI ATQUE  
Prudentissimi,

Dn. JUSTI BRAUNII,

Camerarij Cotheniensis meritissimi Filiaë,  
SPONSÆ,

d. 26. Octob. an. 1635. Cothenis Anhaltinorum Solenniter  
celebratis, gratitudinis & observantiæ debitæ  
ergò, nuncupata

*nonnullis Classis Primæ*

SCHOLÆ SERVESTANÆ

Discipulis.

---

SERVESTÆ,

TYPIS ANDRÆÆ BEZELII:

Anno 1635.

VOTA SCHOLASTICA.

**I**ngrata tristis nuncius haecenus  
Grassante Martis de rabie tulit,  
De regibus regnisq; versis,  
Deq; opibus nova multa ademptis,  
Nunc fama marrans laetior advolat,  
Nostrum Cothenis, exitium virum,  
Legisse Cantorem puellam  
MAGDALIN eximij pudoris;  
Virtute claram moribus ac bonis  
Legisse, lectam jungere jam sibi  
Solenniori more promptum,  
Ad patrias properare sedes,  
Hem ritè factum! Fas fuerit, gregem  
Gaudere nostræ mutua gaudia  
Clasfis, precari, gratulari,  
Grato animo, calamoq; grato,  
Quare, ô sodales, plaudite, carmina  
Quæ jam valetis, debita pangite,  
Nî digna, Sponso, & comprecantes  
Quod pietas jubet, ô vovete!  
Felicis Autor conjugij bone!  
Nuptos novellos protege tempore  
Quocunq; vitæ, prosperaq;  
Sole torum, variâq; prole.

*Christianus Bleberus Bernburg: Anhalt.*

II. Nunc

**N**unc, Condiscipuli, nunc mea surgite.  
 Suavis, quã melior nulla mihi, cohors,  
 Et, post tot quoniam nuncia tristia.

Accedunt bona, plaudite!

En! de pace venit nuncius aureã

Romani Imperij totius: Incolis

Certè, iudicio, nil melius, meo,

Aut majus fieri potest.

Princeps ille Toga, cuncti potens DEUS,

Confirmet modò nunc fœdera pacis, &

Confirmata tegat, tectãq, brachio,

Omni tempore provehat!

Ut totum Imperium, Patria nostra, que

Est afflictã satis duriter ac diu

Post tot, percipiat latitiam, mala,

Cedant cunctãq, prosperè.

Oppressi ut vigeat gloria nominis

Divini, penitus cognita gentibus

Fiat, quisquis humum vertere rusticus,

Et curare suum queat.

Ast & continuo continuo pede

Alter nuncius it fausta ferens nova

De Cantore, novo de thalamo illius,

Qui letus celebrabitur.

Ergo, summe DEUS, conjugij sator,

Concedas, rogo te, conjugium novis

Nuptis pacificum, gaudia milleq,

Vita tempore totius.

Joachimus Fridericus Mejerus Dess. Anhalt.

**Q**uum tibi, Cantor venerande, Alumni  
 Vota, multorum memores bonorum,  
 Nuncupent, gratum quoq; me Scholarem  
 Esse decebit.

Ast, rogo, Cantor meritò colende,  
 Musâ quas vilis mea gratulantes.

Offeret versus, placidâ & serenâ

Suscipe fronte.

Nempe ter felix meritò vocaris,

Quando se tradit tibi, Sponsa, teq;

Corde sincero colit, & flagranti

Ardet amore,

Cujus, ut pectus semel occupavit,

Castâ te vivaxq; edit ecce! flamma:

Quam colis, donec tibi vita quondam

Liquerit artu:

Hoc tuum cœptum benè cedat! imò

Hoc tuum cœptum facilis secundet

JHOVA! quæ vitæ sibi poscit usus,

Largiter addat!

Huc ades, firmis duo corda necte

Vinculis, jungens thalamo jugali:

Absq; te friget torus: Huc adesto,

Spiritus alme!

Huc

Huc ades præsens, Deus, & penates  
Fac, bees, mensam decorante, matrem  
Ac patrem factis superante avosq;  
Prole venustâ!

A novis nuptis Eris ac cubili  
Exulet semper socio! per ævum  
Sit torus concors, domus ipsa tota  
Pace virescat!

Vos nec immites, rogo, fila vitæ  
His in juventâ refecate, Parcæ;  
Nestoris quin hos superare terna  
Secula detis!

*Albertus Fridericus à Syburgk  
Parthenop:*

---

IV.

**I**nstat hyems; crescunt longa cum frigore noctes  
Aura flat asperior;

Arboribus & cadunt comæ;

Arvorum omne decus, Boræa bacchante, recedit;

Se in loca sola refert

Turtur cum amick compare;

Sylvestresq; fera latitant sub montibus altis;

Cuncta truces fugiunt

Brumæ futura frigora.

Hac animo tacitè dum volvis, Sponse colende;

Conditione paras

Meliore te frui, & putas,

A. B.

Diff.

Difficile esse homini gelido requiescere lecto;  
Pulchrius esse sibi  
Lecti sodalem jungere.  
Connubio stabili juncti, propriamq; dicasti  
MAGDALIN ergo tibi,  
Insigne Virginum Decus.  
Hoc ego connubium toto tibi pectore, SPONSE,  
Gratulator, atq; toro  
Secunda fata jam precor.  
Lis abeat, lectum vestrum concordia cingat  
Leta, querela sacro  
Nulla audiatur in toro!  
Vota, det, ut valeant sponsorum, Fautor & Autor  
Consocietq;, Deus,  
Vestra invicem pectuscula!

Daniel Marggravius Bern-  
burgo - Anhaltinus.

Vota darem thalamo, domine ò, tibi, Sponse verende,  
Invida sed facilem vena negavit opem.  
Accipe vota, tamen mentem testantia gratam  
Discipuli: Superis vota precesq; placent;  
Ille beet vestras lætis successibus ædes,  
Qui regit immotis legibus orbis opus  
Uniat, & sacro vos Flamine munit ille!  
Ille det ad nutum vivere posse suum  
Auferat ille minas Satanae, rethnaq; dolosq;  
Quæq; nocent sponsis, omnia damna, pijs.

Michael Kintfcherus Dessâ-  
Anhaltinus,

VI. Cui



## VI.

**C**ui sociam vitæ genere & pietate decoram  
 Dat Deus, accipit is bona magna,  
 Gaudet is in Domino vitam traducere honestam,  
 Formosam sobolem generare:  
 Semper ut exurgant, præstent qui grata Jhovæ  
 Ac in secula stemma propagent,  
 Ergo, vir insigni virtute, & corpore pulchro;  
 Cujas Nympha torum intrat honesta.  
 Quæ patre nata pio, eximio, & genitrice pudicâ,  
 Præstans dotibus enitet amplis.  
 Gaude, sponse; Deo grates pro munere tanto  
 Solve, ad quem fere talia vota:  
 Da, pater, unanimes, numerosâ & prole beati  
 Vivant, quos amor efficit unum!  
 Da, sic ut ambobus mens sana in corpore sano,  
 Sors bona, deliciaq; perennes.  
 Longum viventis, fac, basia grata nepotum  
 Nomen avi exhilarent aviaq;!  
 Et tandem vitæ cupidos melioris ad alta  
 Tollas stelliferi atria olympi.

Gottofredus Cöppenius  
 Servestanus.

## VII.

Ecloga nuptialis.

Daphnis: Musa.

**D**aph: Dic mihi, Terpsichore, decus immortale sororum  
 Novem: tuâ cur dexterâ  
 Cur pedibusq; salis?  
 Dic! cur insolito promissis nova gaudia plausu?  
 Grandis profectò, quod scio,  
 (Dicmodò) causa subest.

Mus:

Mus: Est aliquid, fateor, sed te non tangit id ipsum:

Refert quam obrem nil tuâ,

Dulcis Amice, vale:

Daph: Fortè meâ refert, Fautrix suavissima Musa,

Tibiq; perparum nocet,

Si mihi tale canas.

Mus: Si tam sollicitis precibus cognoscere causam

Vis hanc ce, dicam, quid sibi

Latitia hæcce velit.

Est inter nostros cultores fautor amandus,

Qui Musico nostro choro

Sæpe præesse solet;

Dulcia nobiscum modulamina gutture cantans

Dulci, chorumq; musicum

Marteq; & arte regens.

Hic licito gaudet formosam fœdere sponsam,

Favente summo numine,

Associare sibi.

Daph. Quod sit ei nomen (tam sæpe ignosce, roganti)

Ah quæso, quæso perbrevis

Carmine, Musa, refer.

M. Quid refert hujus, sponsi cognoscere nomen?

De Christi JESU melleo

Nomine nomen habet:

Hicce vale: Daph: quorsum suavissima Musa? Mus. valeto:

D. permagnam habeto gratiam:

Notus uterq; mihi.

Salve ergo cultor Musarum mellee, salve

Fautor colende! ter, quater

Te beat ipse Deus,

Dum variâ jungit decoratam dote puellam

Tibi, puellam, quæ DEUM

Pectore & ore colit;

Quæ centum superat verâ pietate puellas,

Rubente cujus vividus

Emicat ore color;

Quæ

Quæ eãnos didicit bellè observare parentes,  
Laudandum eis morum gerens,  
Quomodocunq; potest.

Onimium fœlix ! tali qui dote puellam  
Nanciscitur, sanè, DEO  
Se placuisse sciat.

Vos DEUS omnipotens numerosâ prole secundet,  
Prolemq; natam protegat  
gaudia vestra, DEUS!

Corporibus vestris maneat mens una duobus,  
Vobisq; , quod precor, fides  
Una sit, unus amor!

Johannes Ernestus Pultze, Servestanus.

11X.

**C**alliopè genitrice, Magistrâ Palladè facte  
Christophore, Cantor, Sponse, cujus intimum  
Maturus jecur immisso igne cupido perussit,  
Qui MAGDALENAM ritè legisti tibi.

Sponsam, virginèi non parvum exemplar honoris:  
Hanc destinavit annuentis DEUS

Invisito Rector cœlestium numine, votis:  
Optare, quod fert impetus mentis, tibi

Gestio, conjugijq; die non parcere fastis  
Verbis, parans tibi parva dona, at dulcia.

Quid precer ergo tibi ? fati felicitibus opto,  
Ut prima carpat gaudia quæri tori,

Sponsaq; te casto semper veneretur amore,  
Ceu fas suum est Dominum, suumq; comparem;

Cornicum superate dies, & Nestoris annos,  
Lite thalamus sed prole ne vacet domus!

Conjugium vobis vestrum sic spondeo amicum &  
Felicitatis expetita fertile.

Suavia jucunda peragatis ut ocia vite,  
DEUS ipse faxit, cuncta deus quæ prospera.

Vivite felices, & jungite vincula lecti  
Felicias; adsit pax, sit à vobis Erus.

Vivite

Vivite concordēs, maneat mens una duobus  
Sit una mens domi, sit una mens fori.  
Sic patria natos, Patria generat nepotes,  
Maneantq; plura conjugii vos commoda.  
Una Fides, & Amor spirent, mens ferveat una,  
Thalamumq; prosperet DEUS, Rector poli!  
Fata darent utinam, quæ jam precor, omnia, nostris  
Jubeantq; voti solenne oriri prosperum.

Georgius Enekius Servesti. Anhalt.

IX.

**D**E nuptijs jam, Sponse colende, quas  
Lætus celebras, discipulum ut decet,  
Tigrator imis ex penetralibus,  
Et comprecor, vos ut foveat DEUS.

Cum pace vobis adsit amor, procul  
Contentio absit tetrica! Vos pis  
Ambos fides, quæ perpetuum potest  
Vos sola salvos reddere, copulet!

Natas venustas cernere det DEUS,  
Natosq; caros cunctaq; prospera,  
Ut multa agatis, corpore sospite,  
Vitæ doloris tempora nesciat.

His, Sponse, Nympham, req; DEO Patri  
Commendo, sacris qui socialibus  
Vestris dabit, quæ vota volunt mea,  
Nec aure durâ percipiet preces.

Christophorus Viertalerus Cotheniensis.

X.

**E**N tibi fausta dies venit, ô carissime Sponse,  
Qua celebras Thalamo genialia festa recenti.  
Scilicet ista tibi divino munere Sponsa  
Contigit antiquis jam moribus atq; modestis,  
Ergo tibi Thalamum, Cantor doctissime, faustum  
Gratulor, atq; tori genialis mutua vincla,  
Vincula, quæ valeant semper, dum cana senectus

Incidat, & præsens perduret dum tibi vita.  
Vivite! concordēs ambo, vitæq; lites!  
Ipsa, precor, vobis benedicat Numinis aura,  
Inq; domos superas cœli vos transferat olim.  
Sanctæ Patris summi Flatus, Natiq; potestas,  
Cujus amor semper socialis flamine spirat,  
Amborum pariles affla sub pectore flammâs!  
Tu fac, ut valeant multùm mea vota, Jehova!

*Michael Bramigius Cothennis Anhalt.*

XI.

**M**ullere Cantor, sponse, quàm doctissime;  
Obscura jam gratissimus post nubila  
Exortus est tibi destinatus latior  
Dies, beat meliore qui te gaudio

Atq; incipit curis levare plurimis  
Et cordis adferre vera vestri gaudia.  
Ergo veluti messis peracto tempore  
Gnavns colonus gaudia fovet pectore:  
Sic corde tu, NOVE SPONSE, gaudia percipi,  
Gaudeq; casta MAGDALENA cum tuâ:  
Gaudete vos, & perbeati vivite,  
Vos, qui è duobus cordibus mutamini  
In unum, & estis ambo jam caro unica  
Servator atq; Autor jugalis fœderis,  
Qui junxit ambos vos suavi vinculo  
Tori sacri, vos sorte donet prospera,  
Voto è secundo ut cuncta consequamini,  
Atq; Pylîj vivatis annos Nestoris,  
Neq; ulla vestræ vitæ amara sit dies  
Futura: Sincero precor quod pectore.

*Benedictus Schlichterus Cotheniensis*

XIII.

**C**olende Sponse, gratulor  
Ex cordis imo viscere,  
Ritu tibi quando paras

So

Solenniore nuptias.  
Tu prosperante Numine,  
Ordire nunc connubium:  
Nec dubito, quin bonos pia  
Habitura sint cœpta exit us  
Interim ego, quod jam nunc mei  
Videtur esse muneris,  
Quodq; pietas & jus vetus  
Popularitatis postulat,  
Faciam, precesq; vota q;  
Concepta pro salute que  
Et faustitate fœderis,  
Vestri DEO fundam lubens,  
Præsens DEUS ter optimus,  
Primus tori qui fœdera  
Sacrata sanxit & probat,  
Consentientes vos liget,  
Et largiatur, ut domus  
Benedictione cœlicâ  
Semper referta vestra sit,  
Et filijs charissimis.

Christianus Rauchius  
Cocheniensis.

XIII

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



ASTICA,  
ISSIMI, HUMA-  
HORI MUL-  
stani dignissimi,  
um elegantia conspicua ac  
ginis,  
ENÆ,  
MI ATQUE  
RAUNII,  
meritissimi Filia,  
Anhaltinorum Solenniter  
observantia debita  
upata  
s Prima  
VESTANÆ  
lis.  
TÆ,  
BEZELII:  
635.